Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1533

Quelle:
Copyright:



*dictus de baſſya in Wyenna ſepultus*, cujus et Epitaphium ſat notum praecedit.

## CCCCXIII.

649 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 98. 4. exhibet: I. ἀδεσποτως *Petri Tzach de Pulka* Theologi Vien. Tractatum contra *Huſſitas*, qui incipit: *Iuſſit reuerendiſſima veſtra Paternitas et metuendiſſima Dominacio* &c. et relatus eſt pluries ut *Index* docet.

II. *fol.* 34. p. 2. alium Tractatum pariter ἀδεσποτον contra neceſſitatem Communionis ſub utraque Specie, qui incipit: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum* &c. *Num. C. 16. Salubre documentum hec dei ſententia preſtat cunctis fidelibus* &c. Orditur a querelis contra eos, qui *Bohemiae* regnum in Schiſma imo in Haereſes, ut ait Autor, induxerunt obtentu legis Chriſti, *cum tamen e conuerſo per hanc ipſorum nouitatem ſubuerſe ſint eccleſie, perſone plurime religioſiſſime crudeliter occiſe, cultus diuinus in toto regno exterminatus, ac ipſum regnum per ſediciones, ignes, depopulaciones et innumeras hominum ſtrages nimis deſolatum.* Unde de Scriptionis tempore conjicias. *Opuſculum* porro verbis Autoris *in tres tractatulos diuiſum eſt. In quorum primo declarantur auctoritates ſacre ſcripture quas huſſite allegant ad probandum prefatum communionis articulum et ſoluuntur argumenta que ex eisdem auctoritatibus induxerunt. In ſecundo ponuntur ſoluciones racionum quas ex dictis Doctorum multipliciter roborare fruſtra conati ſunt. In tercio habentur efficaces raciones quibus euidenter ipſorum error conuincitur*, &c. De Scriptore cogitanti *Joh. Nider*, *Nic. de Dünkelspühl*, *Thom. Haſelbachius* ſe offerunt; non enim *Bohemum* putem.

## CCCCXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. 180
XV. Folior. 290. f. bene ſcriptus exhibet ſequentia: I. redit *Tractatus bonus contra quatuor articulos huſſitarum*, hic anonymus, ſed qui jam *Cod.* CCCCXII. ſub nomine *Petri de Pulka* comparuit.

II. *fol.* 56. Huſſitarum Autoritates et Argumenta pro neceſſitate duplicis ſpeciei. Initium absque inſcriptione: *Huſſite multipliciter nituntur fulcire intencionem ſuam de communione populi laycalis ſub utraque ſpecie* &c. Finis: *Corpus chriſti ſub forma panis et ſangwinem ſub forma vini. Das hat auch end.* Ex qua clauſula vulgari *Bohemum* ſcriptorem arguo.

III. *fol.* 60. *Materia queſtionis de paupertate cleri tractata in concilio Conſtantienſi.* Initium: *Vtrum viris eccleſiaſticis ſeu clericis liceat aliquid poſſidere. Vna pars tenebat non eſſe licitum. Alia defendebat eſſe licitum id quod a quingentis annis et amplius eccleſia de more habuit. Primo ponam*